OBSERVATIONES HERODIANEAE.

SCRIPSIT

LUDOVICUS GOETZELER.



WIRCEBURGI

TYPIS ET SUMPTIBUS STAHELIANIS.

MDCCCLXXXVIII.

De Herodiani aetate, patria, fide quaerere supersedere me putavi, quod et multi viri docti[1]) de his rebus iam disputaverunt, ita sane, ut nonnulla, quae huc spectant, plane exhausta mihi non videantur, et propositum est mihi, ut ad id linguae genus, quod vocatur κοινή[2]), curam meam proximis annis adhibeam eiusque notionem occultam adhuc et quasi involutam, quoad eius fieri poterit, aperiam atque explicem.

Sed elocutionem[3]) ipsam rerum scriptoris, cuius in libello iudicii libertatem atque integritatem, moderationem tranquillitatemque[4]) nemo erit, qui infitietur, tractare ex causis modo allatis haud est alienum a meis quaestionibus.

Jam vero aliquot aggrediar observationes, de quibus hodie disserere in animo habeo.

---

1) Velut cf. *E. Volkmann:* De Herodiani vita, scriptis fideque. Diss. inaug. Regimonti 1859; *Jul. de Poblocki:* De Herodiani vita, ingenio, scriptis. Diss. inaug. Monasterii 1864; *F. A. Wolf* aliosque editores; *J. Veludo:* Sopra un frammento di Erodiano lo storico. Venetiis 1857; vid. etiam *Ritschl* in Mus. Rhen. 1858 p. 157—163; *Baehr* in Pauly Real-Encycl. III p. 1236—1240; *G. R. Sievers* inPhilolog. t. XXVI pp. 29—43; 253—270 et t. XXXI p. 631—666; *Kettler*: Nonnullae ad Herodianum, rerum Romanarum scriptorem, annotationes. Progr. gymn. Erlang. a. 1882; al.

2) Cf. *Poblocki* p. 29 med.; *Kettler* p. 4.

3) Cf. *Phot.* cod. XCIX p. 276 = *Nicolai:* Griech. Literaturgeschichte t. II p. 577; cf. etiam har. observat. p. 3 adnot. 1.

4) Vid. etiam *Volckmann* p. 15 ss.; *Poblocki* p. 27 ss; item *Wolf* praef. p. L; *Baehr* in Pauly Real-Encycl. p. 1273.

Caput I.

De Latinismis.

Latinismi[1]) ut occurrant Herodiani libros studiosissime legentibus, eo minus mirum est, quod is, quippe qui maiorem eamque posteriorem vitae partem Romae egisset[2]), Latinae linguae satis gnarus[3]) fuit quodque, etsi ei libri Latini in historiae opusculo conscribendo ad manum non fuerint, multis tamen Romanorum scriptoribus semel iterumque legendis necesse est ei opera navanda fuerit maxima.

Quamobrem placet hoc loco, quas locutiones e Latino usu in Graecum transisse[4]) pro certo habeo, afferre, ita tamen, ut disseramus de Latinismis, qui pertinent

A. ad rem publicam remque militarem

B. ad varias vitae humanae res.

---

1) Πραιτωριανός V 4, 8; VIII 8, 5. 7, quod deest in lexicis, non huc referendum, sed vocabulum peregrinum „praetorianus" est intellegendum.

2) Cf. *Poblocki* p. 19 s.; 29 ss.

3) Vid. etiam *Nicolai* t. II p 577.

4) *Poblocki* p. 30 a vero deductus est, cum, ut Romanorum lectionis vestigia in opusculo Herodianeo deprehendi illustret, proponat locutiones, quas sine ratione ac iudicio allatas esse illico apparet velut III 2, 1: μηδὲν ῥαθυμίᾳ νέμων = nihil desidiae aut quieti tribuens s. indulgens; III 12, 5: ἀφίξεται οἰόμενος ἔρημα τὰ βασίλεια καταλήψεσθαι = Liv. 1, 46: prope continuatis funeribus quum domos vacuas novo matrimonio fecissent; IV 5, 6: σιγῶ Γερμανικόν = taceo Germanicum; II 3, 1: τὰ παρόντα ἐφόβει . . . . . οὐχ οὕτω προνοίᾳ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας = praesentia terrebant non tam cura suae ipsius salutis, quam . . .

Μηδένα διδοὺς καιρὸν ἀναβολῆς (II 11, 1) num sit idem ac Latine: tempus (occasionem, facultatem) dare cunctationis quod dubitemus, minus esse puto, quam num, ut suspicatur Poblocki, eodem modo dictum sit, quo ap. Liv. 25, 40: sed nullum neque locum neque tempus cunctationi consiliove dedit Muttines (sic!).

Item hoc loco nominandus est *Kettler*, qui ap. Hdn. tamquam Latini sermonis vestigia iniuria profert pp. 37 et 13 locutiones, quales: ἄγεσθαι πρὸς γάμον IV 10, 2 (item ap. Plut. Cat. mai. 24; Chrysost. de sacerd.); δόλῳ λαμβάνεσθαι VII 8, 6 (item ap. Aesch. Sept. 38; Soph. Phil. 101); ἐξόμνυσθαι τὴν ἀρχήν II 12, 15 (item ap. Arist. Pol. 4, 13; Plut. Marc. 12; Arat. 38 aliosque); πίστιν ἔχειν τινί (item ap..

A.

Ἐς τὸ ὄνομά τινος ὅρκους ὀμνύναι II 2, 10. 13, 12 est idem, quod Latine: in nomen alicuius iurare velut ap. Suet. et Justin. Initium fecit ab constructione: ὀμνύναι εἴς τινα Plut. Oth. 18[1]) (ὀμνύειν εἰς τὸν Οὐιτέλλιον), sane Latino usu ductus. Maiores autem scripsisse videntur: ὅρκον ποιεῖσθαι περί τινος vel ὀμνύναι ἦ μὲν ἔσεσθαί τι vel tale quid; cf. etiam Xen. Reip. Lac. 15, 7.

Ὑπ' ἐξουσίᾳ[2]) τινὸς εἶναι II 7, 4. 9, 2 nihil aliud est nisi: sub imperio alicuius esse (cf. Terent.[3]) Heaut. 2, 2, 4). Contra cf. Thuc. 1, 32 (εἶναι ὑπό τινι); item Plat. Reip. 9 p. 574 E; Isocr. Areop. 64; vid. etiam Plut. Mor. p. 4 A; Hdn. II 4, 2. 8, 7 etc.

Ἐς θάνατόν τινα αἰτεῖν I 12, 5 est: aliquem ad mortem deposcere, velut Caes. B. C. 3, 110; cf. etiam Tac. Annal. 1, 23, et: πρὸς θάνατόν τινα ἐκδιδόναι I 13, 3 significat Latine: aliquem ad supplicium dedere Liv. 1, 5, dare Cic. Cluent. 64 extr. vel: ad mortem dare aliquem ut ap. Plaut. Amph. 2, 2, 86. Attici pro his locutionibus dixisse videntur: ἀξιοῦν ἀποθανεῖν τινα, παραδιδόναι τινὰ ἀποκτεῖναι, ζημιοῦν, κολάζειν τινὰ θανάτῳ simil. Alia ratio valet ap. Plat. Pol. VIII, 566 C.

Soph. OC. 950); ψυχῆς εἶναι ἐρρωμένης II 3, 1 (cf. Kuehner Gr. § 418 c); κατ' ἐκεῖνο καιροῦ I 12, 1 et saep. (cf. Thuc. 7, 2; item vid. Phryn. Epit. p. 279); VII 9, 19 ἐν ὄψει τινός (ap. Pol. 1 27, 12 (cf. dissert. nostr.: „De Polybi elocutione" p. 22); item ap. App. Hannib. 18, 22). Idem valet de πτῶμα = cadaver IV 13, 7 etc.; κουφότης = levitas et κοῦφος = levis V 7, 8; VI 7, 8 et saep.; ὑπέρτερος = superior VI 6, 5; ἐκχεῖσθαι = effundi VII 7, 2; συμπνέω = conspiro IV 10, 4 etc., quae vocabula cum significationibus additis coniuncta multo iam ante Herodianum legas. De locutionibus: τὰ νῶτα διδόναι et ὀμόσαι ἐς cf. har. observat. pp. 10 et 5. Perpauca recte adnotat velut: τύχη πολέμου III 7, 1; VIII 3, 5 (cf. etiam VIII 5, 1) = belli fortuna velut ap. Cic. Brut. 1, 10. Contra cf. Thuc. 1, 120 et saep.; cf. etiam Xen. Mem. 1, 2, 63.

1) Contra cf. *Kettler* p. 37.

2) Recte *Poblocki* p. 30 locutionem: ἐν ἐξουσίᾳ τινὸς εἶναι III 2, 4 intellexit Latinismum: in alicuius (dicione ac) potestate esse velut ap. Cic. Phil. 6, 2; Quint. 2 et saep., quippe cum ap. Platon. Reip. 1 p. 328 C et al. ἐν δυνάμει εἶναι significet: οἷόν τ' εἶναι, δύνασθαι.

3) At Herodianum ὑπ' ἐξουσίᾳ τινὸς εἶναι, ut exemplo utar, locutionem a Terentio petiisse ut contendere velim, quam in falsam opinionem alio aliarum id genus quaestionum mearum loco venisse nonnullos doleo, tantum abest, ut contra locutionem Latini sermonis propriam esse hoc loco Terentiano allato demonstrare cogitaverim.

Προδοσία γίγνεται I 10, 7 eadem ratione dictum est, qua, ut exemplum proponam, ap. Livium „proditionem facere". Contra cf. Hdt. 8, 128 (προδοσίαν συντίθεσθαι); resp. etiam Hdt. 6, 23; Plat. Legg. 6 p. 762 C etc.

B.

Τὸ ὄνομα διδόναι τινί I 11, 2. 16, 1; IV 5, 6 fluxit e Romanorum illo: nomen dare (indere) alicui velut ap. Liv. 1, 34; Quintil. 8, 3, 48; vid. etiam Timoth. patr. in Resp. canon. In. App. p. 146. Contra cf. Xen. Cyr. 7, 5 et Plat. Legg. 5 p. 736 A (ὄνομα τίθεσθαί τινι); item ap. Arist. Ργ 13. 1444ᵇ 16; cf. etiam Xen. Oec. 7, 3 (ὄνομα καλεῖν τινα); Plat. Pol. p. 279 E (ὄνομα καλεῖν τινι); Parmen. p. 147 D (ὄ. κ. ἐπί τινι); Hipp. mai. p. 282 A (ὄ. ἔχειν ἀπό τινος).

Ὑπ᾽ ὄψιν πίπτειν I 4, 2 dicitur Latine: sub oculos cadere (Cic. Orat. 3) vel: sub aspectum cadere (Cic. Univers. 4). Longe aliter intellegendus est locus ap. Plut. Alex. 70; item alia ratio valet ap. Plat. Tim. 67 D. Cf. etiam Plat. Alc. 2 p. 141 A (ἐμφανῆ γίγνεσθαί τινι); vid. etiam Aesch. Pers. 183; Eur. Med. 173 (ἐς ὄψιν μολεῖν, ἐλθεῖν etc.).

Αἴρεσθαι ἐς ἐλπίδα τινός II 13, 1 profectum est a Latina elocutione: erigi ad (in) spem alicuius rei ut ap. Cic. Phil. 3, 32; Dom. 10; Tac. Annal. 2, 71; Just. 6, 4, 4. Contra cf. Thuc. 2, 56 (ἐς ἐλπίδα ἔρχεσθαί τινος); cf. etiam Plut. Aemil. 12.

Τῶν οἴκοι ἐπιθυμίᾳ ἑαλωκέναι [1]) I, 6, 4 idem est, quod exempli causa ap. Terent. Hecyr. 1, 2, 13: desiderium Athenarum me cepit. Contra resp. Xen. Cyr. 1, 3, 4 (τὰ οἴκαδε ποθεῖν); cf. etiam Plat. Reip. 1 p. 329 A; simil.

Μνήμην ἀνανεοῦσθαί τινος I 1, 1; II 6 10; IV 8, 1 est Romanorum: memoriam renovare rei (cf. Cic. Quirit. 3). Contra vid. Hdt. 1, 15; 5, 74 (μνήμην ποιεῖσθαί τινος; Thuc. 1, 10. 37; Xen. Cyr. 8, 2, 12; Dem. p. 332, 7 (μνησθῆναι περί (ὑπέρ) τινος.

Πείρᾳ μαθεῖν VIII 7, 4 = experimento didicisse velut ap. Frontin. 1, 10, 1; usu ap. Curt. 5, 1, 6. Contra cf. Xen. Hier. 2, 6; Hipp. 1, 16 (πεπειραμένος οἶδα); cf. etiam Eur. Cresph. fr. 8 D (ἐπίσταμαί τε καὶ πεπείραμαι λίαν); praeterea vid. Arist. π κ 8. 938ᵇ 38.

(Πλείους ἢ) ὁ χρόνος ἀπαιτεῖ I 1,5 quid aliud est, nisi: (... quam) tempus postulat, quod legimus ap. Caes. B. G. 1,54? Videas

---

[1]) Cf. etiam har. observat. p. 12.

velim etiam Cic. Planc. 32; Off. 1, 33. Contra cf. Thuc. 4, 59; Plat. Crit. p. 44 A; Pind. Isthm. 2, 32; al.

Σχῆμά τινος ἐνδείκνυσθαι II 5, 5 (παρέχειν IV 2, 3) est Latine: speciem ostendere velut ap. Livium: speciem in obsidione perseverantis ostendere; speciem praebere ap. Caes. B. G. 3, 24; Plin. 24, 87, 1; 34, 20, 1. Contra cf. Plat. Reip. 9 p. 576 A (πάντα τὰ σχήματα ποιεῖν ὡς οἰκεῖοι) et al. Vid. etiam Hdn. VII 2, 7; VIII 4, 10.

Μέγιστα ἐκεῖνα ὄρη καὶ οἷα [1]) II 11, 8 ex usu Latino profectum esse videtur.

Ἐς τιμήν τινος IV 2, 9. 9, 4 esse: in honorem alicuius, velut Hor. Od. 1, 7, 8; Plin. 34, 13, 2 etc. patet. Contra cf. Xen. An. 7, 3, 28 (διδόναι τινί τι τιμῆς ἕνεκα.)

Ambigere denique possumus, num locutiones ἀπολαύειν (πολυετοῦς) εἰρήνης VI 3, 3 (diutina) pace frui ut ap. Nep. Epam. 5, ἐλπίδες καλοῦσιν II 8, 3 (spes vocant, velut Liv. 24, 36), μέθαις ἐπιδιδόναι ἑαυτόν I 3, 1 (vino = ebrietati se dedere vel: vino = ebrietati deditus, velut Sen. Ep. 58; cf. etiam Nepotis illud: vino epulisque deditus), τιτρώσκειν τὴν ψυχήν I 8, 7 (animum vulnerare, ut Liv. 34, 7; al. rat. ap. Diod. 17, 112) numerandae sint in Latinismis.

Caput II.

Herodianus, quem scholis optime educatum esse iniuria neges, ut Romanorum scriptoribus unis solisque operam daret, tantum afuit, ut Graecorum quoque doctrina ingenioque excellentium libros non modo rerum scriptorum, sed etiam philosophorum et poetarum [2]), rhetorum sophistarumque, quin immo Polybi more [3]) medicorum studiosissime legeret [4]), ita quidem, ut cum sententias, tum vocabula locutionesque per-

---

[1]) Cf. dissert. nostr. Polyb. p. 32.

[2]) Cf. etiam har. observat. p. 13.

[3]) Cf. dissert. nostr. Polybian. p. 15 s.

[4]) nisi quis forte omnia, quae ad rem illustrandam iam proferemus, e vulgari sermone excepta esse cum studeat demonstrare, operam perdere non veretur.

multas[1]) plerumque 'ad verbum memoria complexus orationis et adornandae et explanandae causa libello suo immisceret.

Sequentur iam Graecorum, quos imitatus[2]) est Herodianus

a) rerum scriptores.

Sunt autem potissimum appellandi

1. Herodotus:

Μνᾶσθαι τὴν ἀρχήν ap. Hdt. 1, 96; cf. etiam 1, 205; item ap. Hdn. II 7, 8; III 7, 4; praeterea vid. II 9, 10 et III 15, 1.

Νόσος καταλαμβάνει τινά ap. Hdt. 3, 149; item ap. Hdn. I 3, 1; III 15, 1. Cf. etiam adnot. IV Mendelssohni ad I 17, 6, ubi οὖν Herodoteo more positum est, ac simil.

Κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ ap. Hdt. 7, 209; 8, 74; item ap. Hdn. VI 5, 8.

2. Thucydides[3]):

Ἐν αἰτίᾳ ἔχειν τινὰ ὡς ap. Thuc. 2 59 (cf. etiam 1, 35; 5,106); item ap. Hdn. VI 7, 3.

Εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι πρός τινα ap. Thuc. 1, 128; item ap. Hdn. III 6, 2, nisi quod apud hunc legimus ἐς pro πρὸς, quod memoria lapsus perperam scripsisse videtur. Vide contra Xen. An. 7, 7, 47; Plat. Gorg. p. 513 D; Reip. 10 p. 615 B.

Λογάδες καὶ ἐπίλεκτοι ap. Thuc. 6, 100; item ap. Hdn. II 13, 12 (probanda est lectio Stephani); VIII 5, 5 (collocat. inversa); cf. etiam VIII 6, 5.

Ἀναχωρεῖν ἐς φυγήν quemadmodum ap. Thuc., sic etiam ap. Hdn. VII 2, 6.

Προάγειν τὴν ἀρχήν ap. Thuc. 1, 75; item ap. Hdn. I 5, 6 (contra O[4]) codices, qui exhibent προςάγειν).

---

[1]) Omittam in observationibus meis afferre, quae alii de hoc genere iam animadverterunt, velut *F. A. Wolf* praef. p. LIII; *Poblocki* p. 27 ss; cf. etiam *Baehr* in Pauly Real-Encyl. III p. 1237; contra ea vide quoque *Volkmann* p. 21 ss.

[2]) Imitatio quid sibi velit, recte quidem exposuit *Poblocki* (p. 28 init.), sed non semper item observavit (resp. har. quaest. p. 8 adn. 2 et p. 11 adn. 3).

[3]) Cf. etiam *Wolf* praef. p. LIII; *Poblocki* pp. 28 et 29, qui temere censet Herodianum ex Thucydide dempsisse verba φονικός velut III 7, 2 (item ap. Plat. Phaedr. p. 252 C; Isocr. p. 48 C; Dem. p. 122, 13; 528, 5; saep; Diod. 1, 77; Plut. Rom. 20; Mor. p. 250 B) et σύγκλυς ut VII 7, 1 (item ap. Plat. Axioch. p. 369 A; Reip. 8 p. 569; Strab. 4 p. 190; Philon. vol. II p. 312, 40; Plut. Mor. p. 201 F); idem valet de formula: κίνδυνον ἀναρρίπτειν (cf. Plut. Nic. 11; Comp. Sol. c. Popl. 4.); vid. etiam *Kettler* pp. 18; 22; 27.

[4]) Cf. har. observat. p. 21 adn. 3.

Ψηφίζεσθαι cum participio coniunctum ap. Thuc. 6, 6; quae constructio fulciri videtur contra Kuehner Gr. § 484, 32 adn. 4 ed. II constructione Herodianea II 3, 4: καὶ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν ἐγὼ καί οἱ λοιποὶ πάντες ψηφίζομέν σοι διδόντες, ubi cum Stephano recipiatur velim ψηφιζόμεθα, quod facile abire potuit in ψηφίζομεν.

3. Xenophon[1]:

Πρὸ ἡμέρας = πρὸ ἕω vel πρὸ τῆς ἕω (cf. VII. 6, 6) = ante lucem ap. Xen. Cyr. 4. 5, 14; item ap. Hdn. VII 6, 7; contra cf. Ael. N. A. 15. 26; al.

Τοῦ Αὐτολύκου τὸ κάλλος πάντων εἷλκε τὰς ὄψεις πρὸς αὐτόν ap. Xen. Symp. 1, 9. Quem locum Herodiano scribenti V 3, 8: καὶ τῆς ὥρας αὐτοῦ πάντων τὰς ὄψεις ἐς ἑαυτὴν ἐπιστρεφούσης ob oculos versatum esse magis verisimile est, quam Latinam illam locutionem: oculos omnium in se convertere.

Ἐναυξάνω ap. Xen. Cyr. 12, 9; item ap. Hdn. II 10, 6; cf. etiam Themist. Or. 6 p. 81 B; Euseb. Opusc. p. 309.

4. Polybius:

Ἄξιόν τι τῶν προβεβιωμένων ap. Pol. 11, 2, 9; ἀνάξια τῶν προβεβιωμένων ap. Hdn. II 1, 8. 5, 4.

Ἐπὶ τέλος ἄγειν saepius ap. Pol. velut 3, 5, 8. 40, 8; 6, 16, 4 etc.; (cf. etiam 3, 5, 7); item ap. Hdn. II 10, 2; II 4, 5: ἐς τέλος ἄγειν.

Κατ' αὐτό pro κατὰ ταὐτό = sub idem tempus ap. Pol. 32, 9, 7: item ap. Hdn. I 12, 3.

Ἀνακύκλωσις ap. Pol. 6, 9, 10; item ap. Hdn. IV 2, 9.

Ex Polybi locutione: εἰς τὴν συμμαχίαν προσλαμβάνειν[2]) 4, 16, 1; προςδέχεσθαι 4, 15, 2. 55, 2; 21, 25, 2[3]) profectum esse puto Herodiani illud: ἐς τὴν συμμαχίαν προσάγεσθαι I 10, 2. 3, 5 Nec minus nobis locos legentibus ap. Hdn., quales II 4, 2: ζῆλός τε καὶ μίμησις = ζῆλος μιμήσεως (cf. etiam III 14, 8) in mentem venit Polybianum: ἅμιλλα καὶ ζῆλος[4]) = ζῆλος ἁμίλλης 6, 39, 8 vel: ἄσκησις καὶ ζῆλος = ζῆλος ἀσκήσεως 10, 22, 7.

Ut porro Polybius pronomen possessivum haud raro circumire solet propositione κατά cum accusativo casu pronominis per-

---

1) Cf. *C. Schenkl* in Studd. Vindob. a. 1884 t. VI p. 274.

2) Cf. dissert. nostr. Polybian. p. 19.

3) Secutus sum *Hultschi* edit. Polyb. libros et capita.

4) Cf. dissert. nostr. Pol. p. 30 s.

sonalis coniuncto, velut τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν 1, 4, 1; ἀγώνισμα οἷόν τε καθ' ἡμᾶς 1, 4, 5, sic etiam Herodianus non dubitavit scribere: ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γῇ II 11, 8; cf. etiam III 2, 8; VI 1, 7.

Denique ut Herodiani verborum collocationem[1], quae a Polybiana non ita abhorret, omittamus, restat, ut verborum cognominatorum, quae et apud Polybium et apud Herodianum legas, exempla breviter proponamus.

Σπουδὴ καὶ προθυμία ap. Pol. 8, 35, 10; 26, 1, 6; collocat. inversa ap. Hdn. II 10 9.

Δεῖσθαι καὶ λιπαρεῖν ap. Pol. 14, 6, 6; item ap. Hdn. III 12, 9; VIII 3, 4.

5. Plutarchus:

Τὰ νῶτα διδόναι a Plutarcho[2] (Mor. p. 787 F) petitum a Romanis = terga dare; item ap. Hdn. VII 11, 9.

Ἀρθεὶς ταῖς ἐλπίσιν ap. Plut. Aemil. 12; item ap. Hdn. II 6, 11; III 12, 7.

Ἐφυβρίστως καὶ ὠμῶς ap. Plut. Artax. 20; haud dissimiliter Hdn. II 4, 2: ὠμὸς καὶ ἐφύβριστος.

Ἡ σύγκλητος βουλή pro ellipsi: ἡ σύγκλητος, quod apud Plutarchum persaepe legimus, haud rarius Herodianus adhibuisse videtur, velut cf. I 7, 3. 4. 8, 7; II 1, 9. 3, 1. 2. 3, 11. 6, 2; III 5, 2. 8, 6. 7; IV 3, 6. 6, 2; V 7, 7; VI I, 1. 4, 1; VII 1, 3; item ap. Ann. Comm. p. 424 A.

Παλινδικία ap. Plut. Demosth. 6; item ap. Hdn. VII 6, 4; cf. etiam Tab. Heracl. 240; Vit. Chrysost. t. 8 p. 353, 21.

Κέλευσις ap. Plut. Mor. p. 32 C; item ap. Hdn. VII 6, 9; VIII 3, 6; vid. etiam Const. Manass. Chron. p. 3 C.

Σημεῖον = milliarium ap. Plut. Gracch. 7; item ap. Hdn. II 13, 9; VIII 4, 1.

Ἀνθυπατεύω ap. Plut. Comp. Dem. c. Cic. 3; item ap. Hdn. VII 5, 2.

b. philosophi.

Σύλησις ap. Plat. Legg. 9 p. 853 D; item ap. Hdn. VII 9, 10.

Αἴτιος καὶ ἀρχηγός τινος ap. Plat. Cratyl. 401 D; item ap. Hdn. II 6, 14.

Ἐν ὁδῶν πορείαις ap. Plat. Pol. 8 p. 586 C; item apud Hdn. II 4, 7.

---

1) Cf. dissert. nostr. Pol. p. 37.

2) Cf. contra ea *Kettler* p. 37.

Ἀκωλύτως ap. Plat. Cratyl. 415 D; Arist. π 7. 401 ᵇ 10. Epictet. Diss. 3, 12, 4; item ap. Hdn. I 12, 8; III 3, 8. 11, 6. 12, 8; VII 7, 2; VIII 2, 1.

Πρόκρισις ap. Plat. Pol. p. 298 E; Sext. Emp. p. 77; item ap. Hdn. II 3, 5; cf. etiam Clem. Al. p. 999.

Συσκέπτεσθαι ap. Plat. Soph. 218 B; item ap. Hdn. I 17, 7; cf. etiam Jambl. Protr. 21 p. 156; Manass. Chron. 5519.

Συμπρόειμι ap. Arist. μχ 4. 850 ᵇ 22; item ap. Hdn. I 16, 3: vid. etiam Phot. Bibl. p. 473, 24; Synes. Fp. ad Heliod.

Παρασήμως ap. Theophr. H. Pl. 3, 12, 3; item ap. Hdn. V 8, 7; cf. etiam Etym. M. p. 191, 34.

Ἀτίθασος [1]) ap. Philon. Jud. p. 734 B et saep.; item ap. Hdn. V 6, 9; cf. etiam Euseb. V. C. 1, 25.

Στιχηδόν ap. Sext. Emp. p. 316, 28; item ap. Hdn. IV 9, 5; resp. etiam Jambl. in Nicom. p. 117 D; Schol. Dionys. Bekk. An. p. 784, 2.

Ὑπαντάομαι [2]) eadem significatione, qua activum genus ap. Sext. Emp. p. 644; item ap. Hdn. II 5, 5; III 12, 8; V 4, 5; VIII 8, 4.

c. poetae. [3])

Ἀνὴρ πολύτροπος ap. Hom. Od. A 1; K 330; item ap. Hdn. II 14, 4: ἀνὴρ πολύτροπός τις = alter quidam Ulixes.

Τίθεσθαι γυναῖκα ap. Hom. Il. Ω 58; Od. Φ 72; cf. etiam Od. Φ 316; Aesch. Sept. 929; Apoll. Rh. 4, 1085; al.; item ap. Hdn. V 6, 2.

Locutionem κυσί τε καὶ ὄρνισι βορά ap. Hdn. VIII 5, 9 legentes commonemur locorum, quales ap. Hom. Il. P 241; Aesch. Prom. 583; Sept. 1014; Soph. Ai. 830; Ar. Eq. 416.

---

[1]) Cf. har. observat. p. 24.

[2]) De forma ὑπήντετο, quae apud unum Hdn. legitur (IV 11, 2; VIII 7, 8), cf. *Lob.* Phryn. p. 288, qui dubitantur suspicatur ὑπηντᾶτο; cf. etiam *Poblocki* p. 29 et har. quaest. p. 16.

[3]) P. 29 recte *Poblocki* contendere mihi videtur ξιφήρης (sic!) IV 5, 4 et saep. Herodianum a poetis petiisse (cf. Eur. Or. 1273; Phoen. 366). Sed iniuria reponit illo loco verbum ἀθύρω (item ap. Plat. Legg. 7 p. 796 B; Philon. Mund. t. 2 p. 615); idem valet de verbis λόγχη et ἐρείπια velut VIII 1, 1. 2, 5, ante Herodiani aetatem etiam a scriptoribus solutae orationis usurpatis (cf. Arist. Zι 11. 615 ᵃ 17; cf. 1. 610 ᵃ 10; Plut. Mor. p. 552 C; App. Hisp. 63; Ael. N. A. 13, 14 p. 297, 28; Athen. 8 p. 361 E; Plut. Camill. 28; Paus. 5, 6 2). — Praeterea cf. har. quaest. p. 19.

Ὕψιστος ductum ab adverbio ὕψι ap. Aesch. Pers. 323; Eum. 28; Pind. I 1, 51. 100; Soph. Tr. 1181; item ap. Hdn. III 3, 2; cf. etiam Ev. Matth. 21, 9; Luc. 2, 14.

Βάκτρον ap. Aesch. Ag. 195; Choeph. 357; Eur. Phoeniss. 1732; Callim. Lav. Min. 127; Ant. Pal. 6, 81; item ap. Hdn. I 9, 3.

Σκύλλω ap. Aesch. Pers. 569; Nic. Al. 410; Mel. 60 (V, 175); item ap. Hdn. IV 13, 3; VII 3, 4.

d. rhetores et sophistae.

1. Lucianus:

Ἁλοὺς ἔρωτί τινος [1]) ap. Luc. Deor. Dial. 6, 3; item ap. Hdn. V 6, 2.

Ἐπαιωρεῖσθαι ἐλπίσιν ap. Luc. Alex. 16; item ap. Hdn. II 9, 1; cf. etiam IV 2, 4.

Βαθὺς εἰρήνη ap. Luc. Tox. 36; item ap. Hdn. IV 10, 1 et saep.; cf. etiam alios posteriores.

Γνῶσις = gloria, laus, bona fama ap. Luc. Herod. 3; item ap. Hdn. VII 5, 5.

Πυρρίχιος ap. Luc. de Salt. 19; item ap. Hdn. IV 2, 9; cf. etiam Heliod. Aeth. 3, 10; Longin. de Subl. 41, 1.

Διαγκυλέομαι ap. Luc. Jov. Conf. 15; item ap. Hdn. I 14, 9; cf. etiam Euag. H. E. 3, 25.

Θαρρεῖν ὡς cum indicat. fut. ap. Luc. d. Mort. 17 extr.; item ap. Hdn. I 1, 1.

2. Athenaeus:

Συσκευή ap. Ath. 4 p. 150 E; item ap. Hdn. III 12, 3. 12, 9; VII 1, 5. 5, 4; vid. etiam Etym. M. p. 286, 24; Euseb. H. E. 10, 8; Theod. Hist. Ecl. 1, 8.

Εὔθικτος πρὸς τὰς ἀποκρίσεις ap. Athen. 13 p. 583 D; similiter ap. Hdn. IV 7, 2: εὐθίκτως (πρὸς τὰ λεχθέντα) ἀποκρίνασθαι (qua de causa εὐθίκτως pro εὐθήκτως, quod habent codices Vindob. et Venet., retinendum esse puto).

e. scriptores medici.

Ἀρθρῖτις ap. Hippocrat. p. 254, 20; Galen. lib. 10. Comp. med. Κατὰ τόπους p. 307, 28; item ap. Hdn. II 15, 4; III 14, 2.

---

[1]) Cf. har. observat. p. 6. Quae locutio quin ab usu Latino profecta sit, non est dubium.

Δηλητήριος (adiectivum) ap. Aret. acut. pass. 2, 10; item ap. Hdn. velut I 17, 8; III 5, 4; IV 1, 1. 4, 2. 5, 4; cf. etiam Theoph. Nonn. vol. II p. 108; Zonar. p. 1737.

Ἐκκρεμής ap. Aret. acut. m. caus. 1, 8 p. 6 = 7 et saep.; item ap. Hdn. I 9, 3; resp. etiam Agath. 2, 31 p. 70 D; Col. 108; P. Sil. 39 (V, 241); Macedon. 13 (V, 247).

Εὐπρόσφορος ap. Xenocr. 7, 9; item ap. Hdn. VIII 3, 7.

Μυλίτης λίθος ap. Galen. Therap. 14; ap. Hdn. III 1, 6. Contra cf. Plat. Hipp. mai. 292 D; Arist. μδ 6. 383[b] 12; Strab. 10 p. 488.

Ὑποκαθίστημι ap. Galen. t. XIX p. 605, 7; item ap. Hdn. VIII 8, 2.

Locutionum vestigia apud Atticos oratores vel usitatissimarum rarissime[1]), ne dicam nunquam, in libris Herodianeis deprehendi eo minus mirum esse arbitror, quod, quamobrem Herodianus intentiore studio in illorum litteras incumberet, causa fuisse videtur nulla.

Cum enim inde ab adulescentia per magistros et poetarum et philosophorum quorundum[2]) litteris initiatus esset, aetate autem provectior, ut, quae sibi proposuerat res Romanas scripturus, assequeretur, utque, id quod eruditissimi cuiusque etiamnunc interest, corporis humani naturam penitus cognosceret[3]) atque recte consuleret valetudini, in lectitandis et historicis scriptoribus et medicis magnam operam collocavisset, Atticorum oratores otiosus interdum[4]) ad horas fallendas legisse videtur.

Utcunque autem res se habet, Herodianum hos minus adamavisse quam illos luce clarius est.

---

1) Cf. *Poblocki* p. 29.

2) Cf. *Cramer:* Geschichte der Erziehung und des Unterrichts im Altertume; *Rietz:* De puerorum educatione apud Graecos; cf. etiam *Grasberger:* Erziehung und Unterricht im klassischen Altertum; item vid. *Friedländer:* Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms tom. III part. III et V.

3) Persaepe etiam ea, quae ad philosophiam aliasque vitae humanae res pertinent, a medicis exposita sunt, velut cf. *L. Schmidt:* Die Ethik der alten Griechen t. II p. 191; cf. etiam t. I p. 132; *Friedlaender* t. III p. 473.

4) nisi forte horum assecla esse consulto noluit.

Caput III.

Herodianus in historiarum libris conscribendis a maioribus locutiones vocesque petere ut satis habuerit, tantum abest, ut contra et ipse non solum vocabula aliquot, quae ante eum iamdudum in usu fuerant, cum alia ac priores constructione aut significatione coniuncta usurpaverit, sed etiam nonnulla solus vel primus formaverit, id quod ex iis, quae afferemus, manifestum erit.

A.

Proponemus nunc vocabula, quae cum alia atque in priorum libris constructione aut significatione ap. Herodianum leguntur.

a. substantiva.

Ὄρεξις ἔς τι I 6, 2. Contra ἐπί τι ap. Plut. Mor. p. 48 C; πρός τι in Schol. Il. 14, 216.

Φάρμακον ἔς τι = adiumentum ad aliquid VI 6, 4.

Ἐκτένειά τινος = copia et abundantia rei VII 2, 4.

Ἔκγονος κατὰ θηλυγονίαν I 7, 4 (de mulieris origine dictum).

Εὐφημία [1]) = fausta acclamatio I 7, 6; II 2, 9; III 8, 3. 10, 1.

Κόλπωσις de pennarum sufflatione usurpatum I 15, 5.

Πέλμα = ungula fissa (de camelis adhibitum) IV 15, 3. Contra cf. Hipp. p. 858 G et Ael. N. A. 14, 3 = planta, solum calcei, calceus.

Ῥεῦμα = mare IV 3, 6.

Τὸ σεβάσμιον pro σέβασις (cf. Plut. adv. Col. 17) II 10, 2. Contra cf. II 8, 6 et saep.

b. adiectiva.

Ὀκνηρὸς πρός τι II 8, 3; VI 9, 4. Contra cf. Thuc. 4, 55 (ὀκνηρὸς ἔς τι).

Τοῖς ὠσὶ κοῦφος ἔς τι VII 3, 3. Contra cf. Pol. 23, 3, 9 (τὰς ἀκοὰς ἀνατεῖναί τινι); Plut. Alex. 49 (ἀναπεταννύναι τινὶ τὰ ὦτα); cf. etiam Arist. Οδ 1. 308^{a} 29.

---

1) Plurium vocabulorum satis notorum singulas, quae a propositis hoc loco discrepant, afferre significationes brevitatis causa supersedere me putavi.

Βαρύς = diuturnus II 14, 3.

Διπρόσωπος I 16, 2 (ancipiti fronte). Contra cf. Luc. Jup. Trag. 43; Apoll. Dysc. Pron. p. 401.

Ἔκδικος = ultor, vindex II 14, 3; VII 4, 5.

c. verba.

Τυφοῦν τινα ἔς τι VI 5, 10. Contra cf. Plat. Legg. 3 p. 699 E; Xen. Cyr. 2, 2, 14; An. 3, 1, 28.

Ἀλγεῖν ἐπί τινος (pro: ἐπί τινι) IV 14, 4. Contra cf. eund. loc. (ἀλγεῖν τινι); cf. etiam Aesch. Ag. 554; Eur. Hec. 1232; Plat. Phil. p. 35 E.

Βραδύνειν πρός τι III 15, 2.

Μετιέναι πρός τινα = deficere ad aliquem V 4, 6. 5, 1. Priores velut Hdt. 2, 162; Thuc. 5, 14; Xen. Cyr. 3, 1, 12 cum eodem sensu dixerunt: ἀφίστασθαι πρός τινα.

Τιμωρεῖσθαί τινα ἐπί τινι VI 7, 10. Contra cf. Xen. An. 7, 1, 25. 4, 23; Hell. 6, 4, 19; Hdt. 6, 4, 35; Lys. Or. 14, 2.

Ἀποπληροῦσθαι = praestare (de promissis adhibitum) II 7, 1. Contra cf. Plat. Legg. VI, 782 E etc.

Ἀποσημαίνεσθαι (γράμματα) = obsignare (epistulam) IV 12, 6. Contra cf. I 17, 6; Xen. Hell. 2, 3, 21 et 4, 13.

Ἐκπτοεῖσθαι = alicui inopinanti laetitia obicitur IV 8, 7; V 4, 1. Contra cf. Eur. Cycl. 185.

Ὑποπεσών = reus VI 1, 7.

His adicere placet:

Ἀναπαύεσθαι τοῦ βίου III 15, 2; V 1, 4; VII 9, 7 (cum additamento τοῦ βίου apud unum Hdn.). Contra cf. I 4, 7; Theocr. 1, 138; Plut. Pomp. 80.

Ἀφαιρεῖν τινα τῆς κεφαλῆς III 7, 7.

Καθιππεύεσθαι pro activo genere saep. velut VI 6, 6. Contra cf. VI 5, 6 etc.

Κοινωνεῖσθαι pro κοινωνεῖν VI 2, 3.

B.

In extremo hoc capitulo [1]) iam sequentur pauca illa vocabula, quae apud Herodianum aut unum aut primum legas [2]). Illa autem sunt:

1. adiectiva:

ἀκατασήμαντος III 11, 9; ἐξάπωλος V 6, 7; πρόσκτητος I 5, 5; ὑποκολπίδιος VII 6, 7; φθορώδης I 12, 2; ψιλοκόρσης [3]) IV 8, 5.

2. verba:

ἐγκραιπαλάω II 10, 6; ξιφηφορέω VII 11, 4 (cf. Lob. Phryn. 678. 681); contra cf. Theophil. Inst. 2, 10: ξιφοφορέω; προέγκειμαι I 17, 10; ὑπάντομαι [4]) IV 11, 2; VIII 7, 8 (non usurpatum nisi pers. III sing. indic. imperf.).

In his potissimum sunt numeranda

1. substantivum:

ἡπατοσκοπία VIII 3, 7; cf. Euseb. Dem. Ev. p. 209 D; Greg. Nyss. t. I p. 911 D; Cyprian. Confess. Act. SS. Septembr. t. VII p. 222, 24.

2. adiectiva:

ἀλλεπάλληλος I 17, 9; item cf. Etym. M. 10, 11; 291, 37; Nicet. Eug. 5, 268; Theodoret. Hist. Eccl. 4, 19 t. III p. 995;

εὐψυχής I 12, 2; VI 6, 4; cf. Antyll. in Matth. med. p. 233;

κατακάρδιος VII 11, 3; cf. Pseudo-Chrys. t. VII p. 495, 8; Anon. Or. in Cruc. p. 139 C; Const. Manass. Chron. p. 97;

ψαυστός I 11, 1; vid. etiam Jambl. in Nicom. Geras. p. 81 B.

3. verba:

ἀποζώννυμι II 13, 8. 12. 14, 5; VIII 8, 2; cf. etiam Schol. Aristid. p. 27, 2; Basilic. 6, 27, 3; Io. Malal. p. 370, 3; Justin. Mart. p. 93 D;

διαγρηγορέω III 4, 4; cf. Ev. Marcion. p. 428 ed. Thil.; Niceph. Greg. Hist. Byz. p. 205 F;

διασχολέομαι VII 6, 7; cf. etiam Jo. Cinnam. 4 p. 103 A.

---

1) De syntaxi Herodianea alio loco ac tempore disputabo.

2) Cf. har. quaest. p. 7 adn. 4; cf. etiam *Kettler* p. 8 ss.

3) Cf. etiam *Poblocki* p. 29.

4) Cf. har. observat. p. 11 adn. 2.

4. adverbia:

ἀμερίμνως IV 5, 7; cf. Symmach. Jud. 18, 7; Ephraem. Syr. 3 p. 232 A etc.;

εὐθίκτως[1]) IV 7, 2; cf. Macc. 2, 15, 38;

κεφαλικῶς II 13, 9; vid. etiam Herm. Trism. p. 10, 29 Clav.

Quodsi vocabula ab Herodiano et uno et primo usurpata spectamus, facultatem illam priorum vocabula formandi, quam ut exemplo utar, in Polybio[2]) inprimis admiramur, tantum ademptam non esse posterioribus[3]), ingeniumque illud mobile, quo Graeci priores et Romanos et alios populos longe superaverunt, interiturum, non dicam exstinctum esse invenimus.

---

1) Cf. har. quaest. p. 12.
2) Cf. dissert. nostr. Polybian. pp. 2; 12 ss; 39 ss.
3) Cf. etiam *L. Schmidt* tom. I p. 43.

Adpendix critica.

Extremis quaestionibus meis liceat mihi annectere coniecturas aliquot, quae mihi Herodiani libros studiose legenti de locis quibusdam ortae sunt.

Quemadmodum Herodianus locutiones quasdam iterando [1]) lectorum animos defatigat, sic etiam delectat eos summo studio variandi [2]). Quamobrem, quod Herodianum modo ἐκεῖ modo ἐκεῖσε pro ἐκεῖ posuisse miretur quisquam, eo minus est, quod in priorum [3]) (velut cf. Hipp. p. 9; Il. Ψ 461) vestigiis institit. Imprudentis vero sit cum Mendelssohnio, ubi ἐκεῖ exspectatur, nunc retinere traditum ἐκεῖσε ut I 11, 1 (καὶ πρῶτον ἐκεῖσε ὀφθῆναι), nunc in ἐκεῖ mutare. Ego quidem codicum scripturam secutus, ubi omnes vel meliores exhibent ἐκεῖσε, retineam. Cf. I 6, 3. 5; II 9, 1. 11. 10, 8. 11, 3; IV 8, 6 (pr.); VI 3, 1; VII 4, 3. 7, 6.

Eadem forsitan contra Bekkerum et Mendelssohnium ineunda sit via recipiendi coniunctionem ἐς sive εἰς [4]). Si enim, praeterquam quod codices permulto saepius εἰς quam ἐς [5]) praebent,

---

1) Cf. *Poblocki* p. 32 ss.; cf. etiam *Kettler* p. 30 ss.

2) Ad hanc rem illustrandam cf. I 3, 1; μὴ μόνον ὑφ' ἡλικίας, ἀλλὰ <καὶ> καμάτοις τε καὶ φροντίσι τετρυχωμένον; II 9, 12: ἐς — πρὸς; III 7, 7: ἐν — ὑπ'; VIII 5, 3: πρὸς — παρὰ; III 8, 7: ὡς μὲν προσεποιεῖτο (pro πρόφασιν μὲν) — τὸ δ' ἀληθές; IV 14, 4: ἀλγεῖν ἐπί τινος — τινὶ; vid. etiam II 1, 4: ἢ αἰδούμενος — ἢ τηρήσας; VIII 5, 6: φῆμαι . . . . διεδίδοντο, ὅτι . . . συμπεπνεύκοι πάντα τε ἔθνη . . ἀγείρει (sane in oratione obliqua); mult. al.

3) Cf. *Kuehner* Gr. § 447 C adn. 4.

4) De prioribus ante Herodianum scriptoribus conferas velim *Kuehner* Gr. § 325, 4.

5) quod Bekkerus et Mendelssohnius omnibus locis receperunt.

verba praepositioni εἰς (ἐς) subiuncta contemplabimur, inveniemus, plura ut praepositione ἐς formata sint, tantum abesse, ut prope semper εἰς legamus, rarissime ἐς (vid. III 7, 6: ἐσέβαλον), velut cf. I 17, 3; III 12, 2; V 3, 12; VI, 5, 8; VII 5, 3. 9, 7. 9; resp. etiam VII 12, 4 et al.; contra ea cf. Appiani aliorumque libros.

I 7, 3 ὑπήντων[1]) θεασόμενοι plus quam suspectum, quippe cum ap. Herodianum huius verbi semper medium (velut III 11, 3. 12, 8; V 4, 5), nunquam activum legamus. Quare velimus scribatur ὑπηντῶντο, cuius syllabam το extremam repetimus ex initio seq. verbi θεασόμενοι, quod θε haud difficulter ex το oriri potuit; ex hoc autem archetypi libri verbum ἀσπασόμενοι (cf. etiam I 7, 2; IV 15, 1) censeamus cognosci, cuius litterulae πασ post ασ ipsae per se facile interciderunt.

II 9, 13 verba ψευσάμενος πρὸς τὸ χρειῶδες, quae a Politiano in interpretatione omissa obiter illustrant μήτε ὅρκου φειδόμενος, cum Mendelssohnio eicienda esse puto, ita tamen, ut in vers. seq. necesse sit scribamus προϊέμενος, quod M. et ipse suspicatur, cum hoc participium inductum coniunctione τε respondeat priori μήτε ὅρκου φειδόμενος. In archetypi autem participii syllaba extrema propter litterarum similitudines seq. verbi ὅσα facile excidere potuit, unde scriptura προΐετο orta esse videtur. Item II 10, 7 σπάνει τοῦ μετὰ ἀνδρείας καὶ σώφρονος διοικήσεως ἄρξαντος sine coniunctione ab interpolatore antecedentibus addita interpretamentum verborum certo Herodianeorum: τῷ μηδένα εὑρίσκεσθαι[2]) τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς ἐσόμενον, ut insiticia delenda sunt.

II 11, 8: ἔρυμα ἄρρηκτόν τε καὶ . . . . Locum laborantem nec Sylburgius (δυσδιάβατον) nec Reiskius (ἄβατον) nec Irmischius (δύσβατον) sanavit. Recta vocabuli supplendi via nobis aperietur, si respexerimus Herodianeas imitationes. Cum autem ex iis, quae supra diximus[3]), scriptorem cum poetas imitatum esse appareat, tum Homerum, facile erit invenire locos, quales Il. 13, 360. 37; Od. 8, 275, ubi adiectivum ἄρρηκτος cum ἄλυτος adiectivo coniunctum legimus. Scribimus igitur sine dubitatione: ἔρυμα ἄρρηκτόν τε καὶ ἄλυτον.

---

[1]) Vid. etiam h. dissert. p. 11 et adn. 2.
[2]) Cf. etiam III 1, 2; VI 8, 7; item ap. Polyb. 23, 3, 6 et persaep.
[3]) Cf. har. quaest. p. 11 s.

II 12, 1 lacunam a Reiskio post πολλοὶ significatam negare malim, eicere autem voculam δ' ante ἐς, quo Herodiani et sententiae et elocutionis ratio habeatur.

II 13, 11 αἰσχρῶς καὶ ἐφυβρίστως ἑαλωκότες, quod omnes habent codices, nequaquam interpolatoris additamentum est, id quod suspicatur Mendelssohnius, sed his verbis, ut omittam senilem loquacitatem, confirmantur antecedentia: μετεγίγνωσκον δὲ ἐπὶ τῷ ἀνόπλους ἐλθεῖν.

III 5, 4 haud iniuria H. Stephanus censuisse videtur, ut inter verba ἐντολὰς ἀπορρήτων, quibus medendum esse iam Leisnerus et Bekkerus viderunt, praepositio δι', quae nullo negotio intercidere potuit, inserenda esset. Nam ἐντολὰς δι' ἀπορρήτων scriptum est ap. Platon. (velut Reip. 2 p. 378 B) et saepius ap. Polyb. ut 2, 21, 4; 4, 16, 5 etc., quos scriptores quin permultum dilexerit Herodianus, ex iis, quae supra [1]) exposuimus, vix quisquam dubitabit.

III 6, 6: πῶς οὐχὶ καὶ νῦν. Voculam οὐχί ab Herodiani elocutione alienam esse observationibus eius edocemur. Palaeographiam autem respicientes deprehenderimus οὐχὶ ortum esse ab οὐ καὶ, quod, cum posterius καὶ cum Basileensi secunda expellamus, restituimus.

III 6, 10 M. iniuria coniunctionem τε textui pro arbitrio inseruisse patet, qua inserta participiorum asyndeton bimembre, quod Herodianus adamasse [2]) videtur, exstinguitur.

III 12, 1: διαχειρίσασθαι βασιλέας = interficere reges. Quamquam Herodianus, id quod recte adnotat M., verbo διαχρῆσθαι = interficere saepius utitur velut IV 6, 4; VII 7, 6, peccemus tamen in Herodiani oratione, si διαχειρίσασθαι verbum traditum exstirpare eiusque loco cum Joanne Antiocheno velimus ponere διαχρῆσθαι. Neque enim omittendum est, quod ipsum verbum illud διαχειρίζεσθαι cum significatione interficiendi saepe invenias ap. Pol. velut 8, 23, 8; item ap. Plut. Mor. p. 220 B, quorum exemplum num secutus sit Herodianus, non est, quod in dubium vocemus [3]).

---

1) Cf. h. dissert. pp. 10 s.; 9.
2) velut IV 5, 6. 11, 7; mult. al.; resp. etiam IV 11, 2.
3) Cf. har. observat. p. 9 s.

III 12, 9: ἤδη δὲ παρεσκευάκει ὁ Σεβῆρος νεανίας τῶν περὶ αὐτὸν σωματοφυλάκων. Monacensem codicem si conferas, invenies eo traditum esse καὶ post παρεσκευάκει a Mendelssohnio silentio praetermissum, quod propter similitudinem litterarum κ.... κει — καὶ excidere facile potuisse manifestum est. Qua vocula recepta sententiae cohaerentes multo artius conectantur. Herodianus enim dicere vult: Saturninus tribunus ut Plautianum ad fraudem pelliceret, quaecunque potuit, fecit. Jamque etiam Severus, quod debebat, fecerat. Comparaverat enim aliquot corporis custodes, qui illi cubiculum ingresso manus inicerent.

IV 4, 1: εἴτε γὰρ ἡγεμόνας ἢ ἄρχοντας ἔδει ποιεῖν, ... εἴτε δικάζοιεν κτλ. Etsi scriptoris studium variandi[1]) notum est, eo tamen inconstantiae progressum esse, ut duorum eodem genere enuntiatorum condicionalium tempora (excepta oratione obliqua) permisceret ita, ut unius verbi indicativum, alterius optativum scriberet, cur arguatur, causa est nulla. Leni autem mutatione effici potest oratio aptissima. Ex verbis enim εἴτε δικάζοιεν invenire mihi videor posse Herodianea: εἴτ'[2]) ἐδίκαζον, quae abierunt in codicum, qui exstant, scripturam.

IV 4, 7: κελεύει τε ἀπελθόντας αὐτοὺς ἤδη ὑποδέχεσθαι ... μιᾶς τε ἡμέρας ἀφειδῶς ἐκχέας πάντα κτλ. Τε glossema cum Berglero et Bekkero expellendum est. Ab Herodiano enim linguae Graecae usum neutiquam adeo neglectum esse, ut in eius oratione coniunctioni τε in enuntiato primario respondeat τε coniunctio addita participio non esse arbitror, quod exemplis prolatis evincam.

IV 5, 1: ὡπλισμένου μᾶλλον ἢ ἔθος ἐστὶ βασιλέως προπομπεύειν. Cave quaeso cum F. A. Wolfio meliorum codicum (Ol)[3]) verba βασιλέως προπομπεύειν (βασιλέα προπομπεύειν = ag, falsa videlicet lectio) mutes in βασιλέα προπέμπειν. Nam verbi προπομπεύειν τινὸς significatio[4]): „anteire, antecedere aliquem" est vere Herodianea. Conferas velim exempli causa V 6, 8; II 13, 2. Nec vero puto causa est, quamobrem, ut suspicatur M., violenter

---

1) Cf. h. dissert. p. 18 adn. 2.

2) De εἴτ' — εἴτε, εἴτε — εἴθ' etc. cf. IV 7, 4; III 8, 2; al.

3) Significat O secundum Mendelssohni edit. codices Monacensis = A, Vindobonensis = B, Venetus = V; i codices Leidensis = g, Laurentianus = l, ald. edit. = a.

4) Cf. etiam *Kettler* p. 12

temptemus locum, cum ἔθος ἐστὶ coniungimus cum dativo participii, non cum infinitivo, quem exhibent codices omnes.

IV 5, 6 verba ἀλλ' ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἀπεσείσαντο, quibus oratio molesta fit quaeque Politianus in interpretatione neglexit, ut spuria eiciam. Nam Herodianus verbo ἀποσείεσθαι nunquam utitur cum sensu: „e medio tollere", quod verbo ἀποσκευάζεσθαι exprimitur (velut cf. I 9, 1. 17, 2; II 5, 1; III 13, 2; IV 3, 1. 12, 5; V 8, 8; VI 8, 4), sed cum significatione: „se defendere ab aliquo, se exonerare aliquo (aliqua re), semovere aliquem (aliquid)", velut conferas modo VI 3, 4; II 9, 6; IV 15, 3; VIII 6, 8; deinde si quis ἀποσκευάζεσθαι coniciat pro ἀποσείεσθαι, non est, quod silentio dissimulemus verbum ἀποσκευάζεσθαι additamento ἐξ ἐπιβουλῆς semper vitato ipsum per se sibi velle: per insidias aliquem e medio tollere.

IV 8, 2: καυσίαν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν φέρων καὶ κρηπῖδας ὑποδούμενος. Videndum est, ne, ut M. suspicatur, scribamus: καυσίαν τε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρων, cum scriptura tradita optime explicari possit. Nam actio „ferendi petasum in caput" nondum perfecta significatur, id quod apparet ex seq. praesentis participio: καὶ κρηπῖδας ὑποδούμενος = soleas pedibus subligans.

IV 8, 7. 8: ὡς δὲ διηγγέλη τῷ τῶν Ἀλεξανδρέων πλήθει, φύσει μὲν[1]) ὄντι τὰς γνώμας κουφοτάτῳ . . ., τότε δὲ (A) ἐξεπτόηντο τὴν τοῦ βασιλέως σπουδὴν κτλ. Scripturam turbatam esse ex eo efficitur, quod enuntiatum primarium consociatum cum antecedente secundario exordium sumit neque a vocula δὲ neque a τότε δὲ (non huc videlicet referendi sunt loci, quales IV 15, 7; V 8, 8). Nec vero, si quid video, ulla res obstat, quominus adducamur, ut Herodianum priorum[2]) more scriptorum scripsisse τότε δὴ[1]) credamus. Scriptum enim erat in archetypi libri versu seq. ὑποδοχὴ δὴ vel potius, quod „a" praebet, ὑποδοχὴ δὲ, et voculis δὴ et δὲ a librario oculis ad verbum δὲ, quod paulo post legebatur, aberrante confusis orta est illa scriptura falsa. Ob eam rem scripserimus τότε δὴ et cum aldina editione in versu seq. ὑποδοχὴ δὲ.

IV 9, 6: ὡπλισμένοι τε ἀόπλους. Contra M., qui omnibus locis scripserit ἄοπλος, ego quidem, cum Herodiani iterationem formu-

---

1) Locus similis, ubi particulae μέν non opposita est particula δέ, est IV 8, 6; item IV 2, 7 δ' sine causa ab *Irmischio* (δὲ ab *Stephano*) expletur; vid. etiam VII 9, 10 et saepius.

2) Cf. *Kuehner* Gr. § 486 adn. 5.

larum nemo non ignoret[1]), malim scribatur ἄνοπλος apud Herodianum, si hunc locum exceperis, semper traditum (cf. I 12, 7; II 5, 3; cf. etiam II 13, 11).

IV 10, 4: τά τε παρ' ἐκείνοις φυόμενα ἀρώματα ἢ θαυμαζόμενα ὑφάσματα ἢ <τὰ> παρὰ Ῥωμαίοις μεταλλευόμενα ἢ διὰ τέχνην ἐπαινούμενα . . . . Secutus Politianum particula ἢ in καὶ mutata rectam viam inisse videtur Mendelssohnius. Nam vocula καὶ (et τὰ cum Steph.) inducta membrorum concinnitas aequabilitasque elocutioni Herodianeae non aliena restituitur.

IV 11, 1 verbis τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοιαῦτά τινα ἐπιστέλλων παρῃτεῖτο repetitum est, quod iam paulo ante (IV 10, 5) dictum erat: τοιούτοις αὐτοῦ γράμμασιν ἐντυχὼν ὁ Παρθυαῖος τὰ μὲν πρῶτα ἀντέλεγε κτλ. Quare illa verba cum codice Monacensi ut insiticia eicienda sunt, etsi concedendum est, ut dictio interpolatoris, qui eiusmodi verba in textu desiderans supplevit. Herodiani dicendi genus redoleat.

IV, 13, 1 pro Μαρτιάλιος ὄνομα αὐτῷ ratione habita et cod. Schotti et loci similis VII 1 10 (Μακεδὼν ἦν ὄνομα αὐτῷ) scripserim: Μαρτιάλιος ἦν ὄνομα αὐτῷ, cum praesertim codices particulam δὲ aliis eiusmodi locis usitatam hoc loco non praebeant.

IV 13, 3 verba προελθεῖν τῆς βασιλείας corrupta cum Stephano malim mutentur in προελθεῖν τῶν βασιλείων secutus scripturam III 12, 5: προελθόντι τῶν βασιλείων.

V 1, 2: ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπάρχουσι τῶν στρατοπέδων πεπίστευται. Contextui rerum haec verba, quibus praemissa: οὐ πολύ τι ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδεούσης illustrentur atque confirmentur, haudquaquam supervacanea mihi videntur (contra cf. M. adn. ad hunc locum). Huc accedit, quod scriptura etiam elocutione comprobatur Herodianea.

V 1, 3: κολακείαις δὲ χαίρων. In libro archetypo κολακείαις δ' ἔχαιρε(ν) scriptum in κ. δὲ χαίρων abisse videtur, id quod dubium non esse existimo, cum κ. δὲ χαίρων vel potius κ. δὲ ἔχαιρε(ν) oppositum sit antecedenti: κἀμὲ μὲν κακῶς ἠγόρευε item imperfecto tempore posito. Qua coniectura recepta et tarda atque molesta constructio demitur neque causa est, cur cum M. paulo ante διαβάλλων καὶ διασκώπτων per vim mutemus in διέβαλλε(ν) καὶ διέσκωπτε(ν).

[1]) Cf. *Poblocki* p. 32 ss.

VII 7, 5 recusem, quominus cum Bekkero scribam: προτρέποντά τε τοὺς <μὲν> ἡγουμένους συναίρεσθαι κτλ., τὰ δ' ἔθνη πείθεσθαι Ῥωμαίοις, si confero locos simillimos V 3, 10 et V 3, 2.

V 6, 7: αὐτῷ δὲ περιέκειντο ὡς ἡνιοχοῦντι δὴ τῷ θεῷ. Quominus collocationem traditam retineamus, haec fere obstant: Neque ullo omnium loco apud Herodianum voculas ὡς δὴ interiecto participio separatas (velut cf. I 17, 6; II 13, 3; III, 7, 3. 12, 1; IV 7, 11; VII 4, 6. 6, 7. 9, 9; VIII, 3, 8) neque legem quandam hiatus [1]) evitandi observatam esse inveni. Huc accedit, quod adiectivum vel pronomen demonstrativum a substantivo suo seiunctum verbo interposito apud Herodianum sexcenties legimus velut I 13, 2; III 8, 3. Quamobrem proposuerimus hanc fere collocationem: αὐτῷ δὲ περιέκειντο τῷ θεῷ ὡς δὴ ἡνιοχοῦντι vel potius, ut coniecturam a C. Schenkl in Studd. Vindobon. a. 1884 t. VI p. 286 allatam respiciamus: τὰς δὲ ἡνίας (οὐδέπω δὲ τοῦ ἅρματος ἄνθρωπος ἐπέβαινεν) αὐτὸς περιέκειτο ὁ θεὸς ὡς δὴ ἡνιοχῶν [2]).

V 6 9: ὅσα ἥμερα ὅσα ἀτίθασα. Partem asyndeti bimembris posteriorem delere cum M. ego quidem non audeam. Nam et asyndeta bimembria [3]) ap. Herodianum saepius reperiuntur (cf. etiam VII 8, 4) nec facile quemquam rarissimum illud adiectivum ἀτίθασος [4]) textui immiscuisse putandum est.

VI 8, 2 traditum est ἀσκῆοι (B), ἀσκοίοι (i), ἀσκοίη (A), ἀσκοίη corr. in ἀσκοίοι (V) τε αὐτοὺς τὰ στρατιωτικά. Nescio an lenissimo remedio loco, ut videtur, laboranti succurri possit. Hunc enim facile curaveris, modo restituas nobiscum διδάσκοι [5]); quod verbum a librariis ad ἀσκοίοι etc. deformatum si receperis, aptissima et constructio efficiatur et sensus. Conferas quaeso VI 8, 2: διδάσκων αὐτοὺς τὰ ποιητέα.

VII, 1, 1: τίνι μὲν δὴ βίῳ ὁ Ἀλέξανδρος ἐχρήσατο τέλει τε ὁποίῳ. τέλει τε ὁποίῳ verba deleantur cum Politiano malim, quippe cum eiusmodi iteratio continua (cf. VI 9, 8), ab Herodianei sermonis

---

[1]) Cf. *Benselerum*: De hiatu in oratoribus Atticis et historicis Graecis libr. II p. 548 ss.

[2]) Qua in collocatione interpolator offendens verba transposuisse videtur.

[3]) Cf. etiam har. observat. p. 20 et. adn. 2; item *Kettler* p. 33.

[4]) Cf. h. dissert. p. 11 et *Poblocki* p. 29.

[5]) Tirones enim et instituendi (in re militari) sunt et exercendi = ὡς διδάσκοι τε αὐτοὺς τὰ στρατιωτικὰ καὶ ἐς τὸ πολεμεῖν ἐπιτηδεύους παρασκευάζοι (vid. etiam seqq.).

ratione abhorrere videatur. Quam ad sententiam comprobandam cf. init. libr. VII: ὁποίῳ μὲν δὴ τέλει ὁ νέος Ἀντωνῖνος ἐχρήσατο, ita tamen, ut non repetatur, quod paulo ante (V 8, 10) dictum est: χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ. Nec dissident ab hac coniectura loci V 1, 1 et IV 13, 8, ubi longe alia ratio valet.

VII, 1, 10: οἰόμενός τε μεγάλα χαρίζεσθαι. Ratio flagitat non praesentis temporis, sed futuri infinitivum, qui cum verbis putandi coniunctus saepius apud Herodianum quoque positus est velut VI 7, 6. Simul si locos respexeris, quales II 1, 9. 6, 4; III 14, 8, infinitivi futuri formam χαριεῖσθαι cum Mendelssohnio, non χαρίσεσθαι cum Stephano praeferas; idem valet de VI 9, 2.

VII 9, 10: τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Γορδιανὸς ἐχρήσατο, βιώσας τὰ πρῶτα εὐδαιμόνως, ἐν εἰκόνι τε βασιλείας τελευτήσας. Verba τὰ πρῶτα depravata esse M. suspicatus scribere velit τὰ πάντα. Sed forsitan coniunctione τε in δὲ mutata et vocula μὲν post τὰ inserta lenior atque etiam efficacior medicina adhibeatur, cum et verba τὰ μὲν πρῶτα, si unum exceperimus locum eumque interpolatum (III 10, 4), Herodianus semper usurpet velut I 10, 1. 12, 5; II 4, 5. 7, 7. 9, 7; III 10, 6; III 10, 3 (ubi scripturam traditam verbis transpositis deformatam esse apparet); III 12, 4; IV 10, 5; VI 2, 3. 9, 4, et voculae τε et δέ sexcenties a librariis confundantur.

VII 12, 9: τὴν μὲν οὖν Λιβύης ἀπόστασιν καὶ τὸν κατὰ τὴν Ῥώμην ἐμφύλιον πόλεμον, τά τε Μαξιμίνῳ πραχθέντα καὶ τὴν ἐς Ἰταλίαν ἄφιξιν αὐτοῦ ἐδηλώσαμεν· τὰ δὲ ἑπόμενα ἐν τοῖς ἑξῆς λεχθήσεται.

Quae verba eorumque sensum si spectamus simul et initium sequentis libri: τὰ μὲν δὴ Μαξιμίνῳ πραχθέντα μετὰ τὴν Γορδιανοῦ τελευτήν, ἥ τε ἐς Ἰταλίαν ἄφιξις αὐτοῦ, Λιβύης τε ἀπόστασις καὶ ἡ ἐν Ῥώμῃ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὸν δῆμον διαφορὰ ἐν τοῖς πρὸ τούτων λέλεκται ante oculos nobis posuimus, videmus protinus paene iisdem verbis, nisi quod VIII 1, 1 sententiarum ordo e natura ac ratione rerum libro VII enarratarum servatus est suntque addita verba: μετὰ τὴν Γορδιανοῦ τελευτήν, in octavi libri initio eadem dici [1]), quae in ipso septimi libri fine legimus. Quae cum ita sint, numquid a lectoribus Herodiani librorum postulabit quisquam, ut pro certo habeant unum eundemque rerum scriptorem, nisi forte insanit eadem fere verba continuo iterando risum movere?

---

[1]) Cf. etiam ap. Xenoph. An. in singulorum librorum initiis argumenta, quae num recte expellantur, eo magis dubitaverim, quod Herodianus e Xenophontis libris nonnulla petiisse patet; cf. etiam h. dissert. p. 9 et adnot. 1.

Quamobrem hos versus textui temere insertos secludimus coniectura, quomodo in textum illati sint, adhuc non proposita.

Item III 15, 8: ὅπως μὲν δὴ Σεβῆρος τὸν βίον μετήλλαξε καὶ οἱ παῖδες αὐτῷ τὴν ἀρχὴν διεδέξαντο, ἐν τῷ βεβλίῳ τούτῳ δεδήλωται spuria sunt habenda.

Quae si ab Herodiano ipso scripta essent, libri III argumentum universum continere debebant. Legimus enim scriptum: ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ δεδήλωται. Nec vero de Severi vitae exitu universus agitur liber III, sed de rebus a Severo gestis, de interitu autem Severi extrema libri III pars, quae nullo modo significari potest verbis: ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. At, dixerit aliquis, verbis IV, 1, 1 argumentum non totius libri III exprimi videtur. Recte ille quidem, sed argumentum comprehenditur Herodianeo more universum, et eo ipso, id quod paulo infra intellegemus, illa verba (III 15, 8) insiticia esse docemur.

Herodianus si in argumento libr. IV 1, 1 Severi vitae exitus mentionem facere cogitavisset, sine dubio aliter scripsisset velut IV 9, 8[1]): τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον κατέλαβε . . . . nec verbis usus esset: ἐν τῷ βιβλίῳ . . . . δεδήλωται (vel λέλεκται vel ἐδηλώσαμεν), quae in singulorum librorum initiis Herodiani propria nobis occurrunt.

Quodsi, quomodo illa verba[2]) in textum irrepserint, quaerimus, haud longe a vero me aberrare puto, si haec coniectura colligo: Nescio an dubitandum non sit, quin libris Herodiani veterum praeceptores bonarum artium ad docendam in scholis historiam Augustam, fortasse etiam discipuli huius historiae discendae causa usi sint.

Quae coniectura si probabilis esse videtur, ad rogatum ipsum iam responsum est. Libros enim, qui magistrorum erant veterum, ab horum temporibus in aetatem mediam traditos eorumque non solum textum, sed etiam illa verba, quae magister in scholis de aliqua re disserenti sibi in margine asscripserat, sive ut res, quae ei ab auctore omissa videbantur, expleret velut III 15, 8, ubi praeceptor, cum mentionem mortis Severi ab Herodiano in libr. IV initio haud satis aperte factam (similiter

---

1) Ad hanc rem illustrandam cf. etiam VIII 5, 9; I 17, 12. 13. 6; VIII 8, 8 (τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ ἐχρήσατο . . .).

2) Verba VII 12, 9 a librario temere bis descripta ut nata sint, ex iis, quae modo exposuimus, esse nequit.

etiam III 1, 1; IV 1, 1; V 1, 1) desideraret, verba illa (III 15, 8) addidit, sive ut eiusmodi notis velut VII 12, 9 [1]) memoriae suae adiumentum afferret [2]), a librariis tamquam textui propria transscripta eique inserta esse manifestum est atque testatum.

Cum autem res sic sese habeat, existimandum est et ipsum librarium nostrum magistri elocutionis Herodianeae satis gnari verba, quibus hic in fine duorum librorum argumentum sibi composuerat, nescio an sine dolo malo in textum transscripsisse.

VIII 4, 15: ὥστε τοὺς θώρακας αὐτοὺς πεπυρωμένους ἀπορρίπτειν καὶ τὰ λοιπὰ ὅπλα. Cum ap. Herodianum nullo loco legamus ὥστε, sed omnibus locis ὡς cum seq. infinitivo velut I 2, 3. 4, 7. 7, 5. 10, 4. 5. 14, 8; II 4, 9. 9, 11; III 1, 6. 6, 7. 10. 9, 6. 13, 4; IV 7, 3. 13, 3; V 2, 3. 7, 6; VI 1, 7. 6, 7; VII 1, 12. 8, 2. 12, 6. 7; VIII 4, 7, non dubito, quin ὡς restituendum sit transposita vocula τε post τοὺς: ὡς τούς τε θώρακας . . . ἀπορρίπτειν καὶ τὰ λοιπὰ ὅπλα, qua re oratio fit accuratior atque compositior.

Extremum hodie est, ut V 1, 1: δεδήλωται τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι ante τῷ articulum praepositionem ἐν contra codicum, nisi fallor, omnium omniumque locorum similium scripturam (conferas velim III 1, 1; II 1, 1; IV 1, 1; VI 1, 1; VII 1, 1; VIII 1, 1) in Mendelssohni editione omissam esse commemorem.

---

1) Dubium est, an hoc loco magister etiam sententiarum ordinem ab Herodiano VIII 1, 1 observatum ad suum arbitrium commutare voluerit.

2) Quod cur miremur, cum animo nobis proposuerimus veterum volumina eaque evolvendi et inspiciendi difficultates, causa non erit.

Im Verlage der **Stahel**'schen Universitäts-Buch- und Kunsthandlung in Würzburg ist ferner erschienen und allerorts zu beziehen:

Eos, *Süddeutsche Zeitschrift für Philologie und Gymnasialwesen.* Herausgegeben von *L. Urlichs, H. Stark* und *L. v. Jan.* — 1. Jahrgang 1864. 40 Bogen. gr. 8°. Mk. 12. — II. Jahrgang 1865. 41 Bogen. gr. 8° M. 12. —

Fick, Adolph, *Die Welt als Vorstellung.* Academ. Vortrag 1870. 2 Bogen. gr. 8° 60 Pf.

Flasch, Dr. A., *Zum Parthenonfries.* Mit 1 lithogr. Tafel. 1877. 7 Bogen. gr. 8° Mk. 3.

— *Die Polychromie der griechischen Vasenbilder.* 1875. 4 Bogen. gr. 8° Mk. 2.40.

Goetzeler, Dr. L., *De Polybi elocutione.* 1887. $3\frac{1}{4}$ Bogen. gr. 8° brosch. Preis Mk. 1.60.

— *Observationes Herodianeae.* 1888. 2 Bogen. gr. 8° brosch. Mk. —.80 Pf.

Grasberger, Dr. Lor., *Erziehung und Unterricht im classischen Alterthum.* Mit besonderer Rücksicht auf die Bedürfnisse der Gegenwart. Nach den Quellen dargestellt. — I. Band. I. Abthl. *Die leibliche Erziehung bei den Griechen und Römern.* 1. Abth *Die Knabenspiele.* 1864. 12 Bogen. gr. 8° Mk. 3.50. — I. Band II. Abth. *Die leibliche Erziehung bei den Griechen und Römern.* 2. Abth. *Die Turnschule der Knaben.* 1866 16 Bg. gr. 8°. Mk 4.80. — II. Band. *Der musische Unterricht oder die Elementarschule bei den Griechen und Römern.* 1875. 27 Bog. gr. 8°. Mk. 9.40. — III. Band *Die Ephebenbildung oder die musische und militärische Ausbildung der griechischen und römischen Jünglinge* 1881. 41 Bogen. gr. 8°. Mk. 12.30.

Als **Schluss** erscheint ein **Ergänzungsband,** welcher die **Illustrationen** zum ganzen Werk, sowie einige Nachträge enthalten wird

— *De usu Pliniano.* 1860. 8 Bogen. Mk. 2.10.

— **Die griechischen Stichnamen.** *Ein Beitrag zur Würdigung der alten Komödie und des attischen Volkswitzes* 2. Auflage 1883. $5\frac{1}{4}$ Bogen gr. 8° brosch. Mk. 2.60.

Hettinger, Prof. Dr. Päpst. Prälat. *Die Kunst im Christenthum 1867.* 7 Bg gr. 4°. Preis Mk 1.50

Hoffmann, *Ueber Theismus und Phantheismus.* Vorlesung gehalten am 14. März 1862 vor einer Versammlung gebildeter Männer und Frauen. Lex. 8. 1861. 75 Pf.

Lexer, Dr. M.. *Ueber Walther von der Vogelweide.* Ein Vortrag. 1853. 2 Bogen. gr. 8°. 75 Pf.

Miller, A., kgl. Studienrector. *Die Alexanderschlacht nach Strabo.* 1882. gr. 4°. Mk. 2.50.

Mohr, Jakob, *Ueber die historische Stellung Heraklits* von Ephesus. 1876. 51 Seiten. gr. 8°. Mk. 1.40.

Müller, K. K., *Ein griechisches Fragment über Kriegswesen.* 1880. $2\frac{1}{8}$ Bogen. gr. 8°. 80 Pf.

Schanz, Mart., *Novae comentationes Platonicae.* 1871. 11 Bogen. gr. 8° Mk. 4.

— *Studien zur Geschichte des platonischen Textes.* 1874. 6 Bogen. gr. 8° Mk. 4.80.

Urlichs, L. v., Hofrath. Prof., *Verzeichniss der Antikensammlung der Universität Würzburg.* 1. und 2. Heft. 1865 1868. $7\frac{3}{4}$ und 4 Bogen. gr. 8. à 80 Pf. (Die Schenkungen von *J. M. v. Wagner*, des Malers *Brüls* in Rom und die in Griechenland erworbene Sammlung des Legat.-Rathes *v. Faber*). 3. Heft. 1872. $7\frac{1}{2}$ Bogen. gr. 8. Preis 80 Pf. (Die *Feoli*sche Vasen-Sammlung.

— *Ueber einige antike Kunstwerke.* Ein am 31. März 1859 in der Aula der Maxschule gehaltener Vortrag. 1859. 2 Bogen. gr. 8. 60 Pf.


Siehe Fortsetzung auf der 4 Seite des Umschlages.

Corrigenda et addenda

typis nescio quo pacto omissa:

p. 5, 1 in ορκους adde spiritum asperum et accentum acutum super ο pr.

p. 19, 9 post: *activum* adde: (excepto loco II 11, 16, quo et ipso suspicer ὑπηντῶντο δὲ).

p. 21, 1 in περι adde super ι accentum gravem et vers. 4 in π . . . . κεὶ dele accentum.

p. 22, 20 in κρηπιδας adde accentum circumflexum super ι.

pp. 25, 2. 4 et 26, 8. 11. 19 adde in verbis ὁποίω, τῶ, βίω, βιβλίω, τούτω iota subscriptum sub ω.

p. 25, 17 adde adnotationem: Loci I 16, 4 sensus, id quod intellexit Reiske (τὰ πρῶτα <μὲν> ἐλιπάρει), poscit τὰ <μὲν> πρῶτα, nisi forte verba τὰ πρῶτα tradita cum Politiano omittenda sunt.

p. 25 adn. 1 pro: *Herodianus* lege: *Herodianum*.